STATVTA.

1 Schedula sive repertorium seriei & Circuitus prædicti, manu propria Cancellarij, Vicecancellarij, & Collegij cuiusq; & Aulæ Præfecti, in Archivis Universitatis vna cum alijs monumentis reponatur, habeantq; singula Collegia exemplar Authenticum, vnde vices suas certo possint cognoscere.

2 Neminem ad muneris Procuratorij dignitatem admitti fas esto, prinsquam quatuor annos, à suscepto Magisterij gradu (hoc est à die creationis suæ in Comitijs publicis) compleverit, vel postquam annum decimum excesserit ab eodem die terminando Decennium.

3 Nullus gradu aliquo in Theologia, vel Iure, vel Medicina, insignitus, Procuratoris munus obibit, nec (nisi officio deposito) ad gradum aliquem Procurator quivis eodem anno promoveatur.

4 Die Mercurij post primam Dominicam in Quadragesima, in singulis Collegijs, secundum ordinem præscriptum quotannis Procuratorum fiat electio.

5 Die Mercurij, hebdomadam Paschatis proxime sequente, tempore pomeridiano, in Domo Convocationis, eorundem peragatur admissio, quibus loco & tempore, Procuratores anni superioris Insignia officij sui deponant, cum Oratiuncula, (vt solet) & deinde statim novi in Domo Convocationis secundum formam, iam olim vsitatam, per Vicecancellarium admittantur.

6 Procuratoribus vero, sic (vt præfertur) per Vicecancellarium assumendis Præfecti Collegiorum eligentium, vnà cum cæteris eorundem Alumnis, singuli ornamentis gradui suo competentibus ornati, Comitatum ad Templum Beatæ Mariæ Virginis eundo exhibeant personalem: qui quidem Præfecti & Deputati, Procuratores respectivè suos secundum ritum antiquum admittendos Vicecancellario præsentabunt. In senioris Procuratoris locum assumetur, qui in serie Magistrorum eisdem Comitijs creatorum secundum dispositionem Procuratorum (vti moris est) ordine prior collocatur.

7 In Electione Procuratorum in Collegijs facienda, Doctoribus tantùm, & Magistris in Artibus, actualiter creatis, einsdem Collegij suffragandi ius competat.—— Quod si privata cuiusvis Collegij statuta, aliam electionis domesticæ formam præfiniverint, cuius observationi Iuramenti vinculo arctius astringuntur, in hoc casu (nec alias vnquam) ad evitandum periurij periculum, præscriptam immutandi Electionis formam potestatem facimus.— Nullus Convictor seu Commensalis in hac Electione suffragandi privilegio gaudebit, qui non à primo ad Academiam adventu in Collegium, ea vice Procuratorem nominaturum, admissus non noviter ascitus fuerit, in eoq; educatus, electionis huius tempore ibidem resídet & commoratur.—— Residentes verò interpretamur, omnes Collegiorum Socios, Scholares, Clericos, Capellanos seu quocunq; alio vocabulo in charta fundationis eiusdem nominati, & dotati inveniuntur.— Convictores non item nisi per sex menses in anno electionem huiusmodi immediatè præcedente, in eodem personaliter resederint.

8 Procuratorem in vnoquoq; Collegio (provt vices postulant) ritè & legitimè Electum decernimus, quem maior pars suffragantium nominabit, quod si duo, pari vtrinq; numero suffragiorum nominentur, ille pro electo habeatur, quem Præfectus vel (eo absente seu sede vacante) eius vicem gerens nominabit. Sin plures nominentur, nec vnus aliquis maiorem partem suffragiorum omnium retulerit, nec eodem die eam ob causam Electio absoluta fuerit, & ante horam nonam vespertinam Vicecancellario renuntiata, Collegium istud ius præsentandi, ista vice amittat, & ad Vicecancellarium spectabit nominatio, qui intra biduum aptam personam & secundum conditiones superius assignatas, habilem, ex Aularum aliquâ assumendam in Procuratorem cooptabit.

9 Si nullus, in Collegio Procuratorem designaturo, habilis reperiatur, qui possit & velit istud munus subire, tunc Collegij istius Præfectus, vel (eo absente aut sede vacante) eius vicem gerens die Electionis constituto, alium (quem voluerit) habilem, in Aularum aliqua degentem nominabit, qui deinde in Procuratorem assumetur.

Carolus R.

Ordo sive series electionis Procuratorum ...
secundum vices infra scriptas per St...
in domo Convocationis ibidem stabilit...



Carolus R.

Ordo sive series electionis Procuratorum [...]
secundum vices infra scriptas per St[...]
in domo Convocationis ibidem stabilit[...]



STATVTA.

1 Schedula sive repertorium seriei & Circuitus prædicti, manu propria Cancellarij, Vicecancellarij, & Collegij cuiusq; & Aulæ Præfecti, in Archivis Universitatis vna cum alijs monumentis reponatur, habeantq; singula Collegia exemplar Authenticum, vnde vices suas certo possint cognoscere.

2 Neminem ad muneris Procuratorij dignitatem admitti fas esto, prinsquam quatuor annos, à suscepto Magisterij gradu (hoc est à die creationis suæ in Comitijs publicis) compleverit, vel postquam annum decimum excesserit ab eodem die terminando Decennium.

3 Nullus gradu aliquo in Theologia, vel Iure, vel Medicina, insignitus, Procuratoris munus obibit, nec (nisi officio deposito) ad gradum aliquem Procurator quivis eodem anno promoveatur.

4 Die Mercurij post primam Dominicam in Quadragesima, in singulis Collegijs, secundum ordinem præscriptum quotannis Procuratorum fiat electio.


5 Die Mercurij, hebdomadam Paschatis proxime sequente, tempore pomeridiano, in Domo Convocationis, eorundem peragatur admissio, quibus loco & tempore, Procuratores anni superioris Insignia officij sui deponant, cum Oratiuncula, (vt solet) & deinde statim novi in Domo Convocationis secundum formam, iam olim vsitatam, per Vicecancellarium admittantur.

6 Procuratoribus vero, sic (vt præfertur) per Vicecancellarium assumendis Præfecti Collegiorum eligentium, vnà cum cæteris eorundem Alumnis, singuli ornamentis gradui suo competentibus ornati, Comitatum ad Templum Beatæ Mariæ Virginis eundo exhibeant personalem: qui quidem Præfecti & Deputati, Procuratores respectivè suos secundum ritum antiquum admittendos Vicecancellario præsentabunt. In senioris Procuratoris locum assumetur, qui in serie Magistrorum eisdem Comitijs creatorum secundum dispositionem Procuratorum (vti moris est) ordine prior collocatur.

7 In Electione Procuratorum in Collegijs facienda, Doctoribus tantùm, & Magistris in Artibus, actualiter creatis, eiusdem Collegij suffragandi ius competat.—— Quod si privata cuiusvis Collegij statuta, aliam electionis domestica formam præfiniverint, cuius observationi Iuramenti vinculo arctius astringuntur, in hoc casu (nec alias vnquam) ad evitandum periurij periculum, præscriptam immutandi Electionis formam potestatem facimus.— Nullus Convictor seu Commensalis in hac Electione suffragandi privilegio gaudebit, qui non à primo ad Academiam adventu in Collegium, ea vice Procuratorem nominaturum, admissus non noviter ascitus fuerit, in eoq; educatus, electionis huius tempore ibidem residet & commoratur.—— Residentes verò interpretamur, omnes Collegiorum Socios, Scholares, Clericos, Capellanos seu quocunq; alio vocabulo in charta fundationis eiusdem nominati, & dotati inveniuntur.— Convictores non item nisi per sex menses in anno electionem huiusmodi immediatè præcedente, in eodem personaliter resederint.

8 Procuratorem in vnoquoq; Collegio (provt vices postulant) ritè & legitimè Electum decernimus, quem maior pars suffragantium nominabit, quod si duo, pari vterq; numero suffragiorum nominentur, ille pro electo habeatur, quem Præfectus vel (eo absente seu sede vacante) eius vicem gerens nominabit. Sin plures nominentur, nec vnus aliquis maiorem partem suffragiorum omnium retulerit, nec eodem die eam ob causam Electio absoluta fuerit, & ante horam nonam vespertinam Vicecancellario renuntiata. Collegium istud ius præsentandi, ista vice amittat, & ad Vicecancellarium spectabit nominatio, qui intra biduum aptam personam & secundum conditiones superius assignatas, habilem, ex Aularum aliquâ assumendam in Procuratorem cooptabit.

9 Si nullus, in Collegio Procuratorem designaturo, habilis reperiatur, qui possit, & velit istud munus subire, tunc Collegij istius Præfectus, vel (eo absente aut sede vacante) eius vicem gerens die Electionis constituto, alium (quem voluerit) habilem, in Aularum aliqua degentem nominabit, qui deinde in Procuratorem assumetur.



10 *Si Procuratorem aliquem mori contigerit, vel quavis de causa ante anni sui expirationem, officio suo cedere locum eius supplebit alius eiusdem Collegij habilis & idoneus, per Præfectum seu (eo absente aut sede vacante) eius vicem gerentem, intra septimanam post mortem nominandus. Quod si talis non extiterit, tunc Vicecancellarius, aliquem habilem in Aularum quacunq; commorantem, in Procuratorem substituet, Vt supra.*

11 *Nemini Procuratoris absentis vices, ad quamcunq; muneris istius expeditionem supplere licebit, qui tres annos à suscepto Magisterij gradu, non compleverit.*

12 *Vt Aularum, (quæ in Procuratorum nominatione nullas vices obtinent) ratio aliqua habeatur, Volumus, vt quolibet quarto anno, qui Procuratoris iunioris locum sortitur, seniorem in Comitijs eiusdem anni Magistrum, Aulæ alicuius Alumnum designet.— Procurator verò senior quolibet quinquennio Magistrum etiam in Aularum aliqua degentem scholis præficiat.*

13 *Vt etiam tumultuatio ista, & molestiæ, circa Electionem Collectorum Quadragesimalium, penitùs tollantur, Statuimus, quòd Procuratores pro tempore existentes, in Festo Ovorum, Collectores antedictos designabunt, singuli vnum, quem visum fuerit, in Collegio quocunq; vel Aula degentem. Quorum admissio, modo vel forma, per Domum Convocationis assignanda celebrabitur. Et, nisi ad alterum ratione promotionis (secundum Statuta Vniversitatis) Senioritatis ius pertinuerit, qui prius ad Gradum Baccalaurei in Artibus præsentatus & admissus fuerit, Senioris locum occupabit.— Atq; hi Collectores, Classes Determinantium in Quadragesima, & cætera quæ secundum morem antiquum sui muneris sunt præstituent & ordinabunt: Si vero Procurator quivis, circa Collationem officij Collectoris prædicti pretij accepti, seu repetundarum, convictus fuerit, idem eo ipso officio suo submovebitur, & feuda quacunq; seu pecuniarum summas, à Baccalaureis eiusdem anni per eum acceptas in vsum Cistæ Academicæ præsentis Statuti vigore Vicecancellario refundere tenebitur.*

14 *Si ambiguitas aliqua, vel dubium aliquod, præter prænominata occurrat, circa Electionem, modo præfinito in Collegijs faciendam, ne gliscente inter partes discordia, scandalum exinde oriatur, per Vicecancellarium, Doctorem in Theologia seniorem, modo sit præfectus Collegij alicuius, tempore Electionis Domi præsentem, & Præfectum Collegij in Electione tunc temporis interesse habentem, vel horum duos, (quorum Collegij Præfectum vnum esse volumus) controversia istiusmodi terminetur. Quod si Præfectus Collegij antedictus, tunc temporis Vicecancellarij locum obtinuerit, tunc duos in Theologia Doctores, maxime seniores (sed Collegiorum vt præfertur præfectos) sibi assumat, quibuscum causæ istius cognitionem habeat.*

Atq; hæc Statuta singulaiq; eorundem particulas, nulli Dispensationi quavis de causa sub prætextu quovismodo obnoxia perpetuo inviolata manere volumus.

Quas quidem Ordinationes, Statuta, & Decreta, Serenissimæ Regiæ Maiestatis, sic vt præmittitur in Domo Convocationis, aperta voce lecta & publicata (non obstantibus quibuscunq; statutis ante hac editis) celebris ille cœtus Doctorum, Magistrorum Regentium & non Regentium summa cum acclamatione, omniq; animi alacritate acceptârunt, & vnanimi omnium consensu confirmârunt, & ratificârunt: Literasq; gratulatorias, serenissimæ Regiæ Majestati, nec non Cancellario nostro honoratissimo, ab Academia mittendas decreverunt.

OXONIÆ,
Excudebat *Iohannes Lichfield*, impensis
Guilielmi Davis, A.D. 1629.